



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 71. Diversæ Sacrarum Congregationum decisiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

denique ob abrogata quædam Sancto-
rum festa novum Calendarium confici
jussum est. Porro Monasteriensis etiam
Episcopus die octava Octobris Syno-
dum celebravit, in qua tamen nonnisi
priorum Synodorum decreta fuere
innovata.

Sæc. XVII.
A. C. 1677.

§. LXXI.

*Diversæ Sacrarum Congregationum
decisiones.*

Petente Ludovico XIV. Galliarum
Rege summus Pontifex hoc anno
ab Archiepiscopatu Bituricensi sex Epi-
scopatus segregavit, atque ex illis no-
vum constituit Archiepiscopatum Al-
biensem: Ejusdem quoque Pontificis
jussu sacra Rota die octava Februarii
decidit, Regularibus duntaxat prohibi-
tum esse facere Processiones extra eo-
rum Ecclesias, illarumque ambitum, ce-
teras autem processiones dirigere ad
Episcopum pertinere, consulto tamen
Capitulo majoris Ecclesiæ, a qua pro-
cessiones in festo Corporis Christi in-
cipi & terminari deberent, in eodem
autem festo Missam Conventualem, ab-
sente Episcopo celebrandam esse per
dignorem de Capitulo ejus Ecclesiæ,
in qua dies festus celebratur, & sic in
Collegiata, in qua incipit & desinit
O 3 ipfa

Decis. S. Ro.
tæ Congr.
Congr. Con-
cil. Rit.
Episc. &c.

Sæc. XVII ipsa Processio. Præterea die vigesima
A. C. 1677. tertia ejusdem Mensis Pontifex præcepit, ut festum S. Augustini in omnibus Hispaniæ Regnis semper de præcepto fervetur: quarto autem post die facti Concilii Congregatio decidit, quod nec Pœnitentiarius, nec Theologus possit Commissarium ad quamcunque causam particularem deputare. Sacra etiam Rituum Congregatio die decima mensis Junii declaravit, quod Coadjutor Canonici habeat verum honorem inter veros Canonicos, & ideo Canonici debeant ministrare eidem, sicut veris Canonico: decisum quoque habetur, quod nova consecratio sit adhibenda quando Ecclesia in majori parte devastata.

§. LXXII.

*Scriptorum Ecclesiasticorum decessus
& opera.*

*De Fin
 nov. Bibl.
 des Auth.
 Siæcl. XVII.
 Erhard
 Script. Ord.
 Præd. t. 2.*

Ex Scriptoribus Ecclesiasticis hoc anno denatis primo celebratur Joannes Lucidus Palumbaria patria Romanus Pisarenfis Episcopus, qui præter Mathematica posteris reliquit Synodum suam Pisarensem, & sermonem pro festo Pentecostes. II. Jacobus Sainbeveus Sorbonæ Doctor, qui Janseus propositiones, priusquam ab Innocentio fuisset